



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De Cingaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

si mulier fuerit, ei dos à marito restituatur, uel à patre constituitur, unde ali possit, ex præscripto Constitutionis Pauli III. Summi Pont. præsertim in iis, quæ ille statuit de iis facultatibus, quæ ex vñuris comparatæ sunt.

De Cingaris.

SUMMARIUM.

- 1 Cingari, Magistratus opera eijciendi, & 2.
- 3 Episcopi officium in eorum vita inquirenda.
- 4 Si publicè offenderint, ut emendandi.

Primum de Histrio. Cingaris, & cat. §.eo.

I



E his etiam Principes, & Magistratus commendos esse duximus.

Vt vagum, & fallax Cingarorum genus arceant; nisi certis sedibus collocati, vitam honestis artibus, & in reliquis omnibus, ut Christianos homines decet, agere velint.

§. Que ad fin. tuè. itu. pert. §.eo.

2

Quibus Prouinciæ locis vagum, & fallax Cingarorum genus adhuc versatur, & nondum ex decreto Concilij Prouincialis primi, Magistratus opera, atque officio à Prouinciæ finibus arcentur, hæc diligentia adhibeatur.

3 Primò, Episcopus, in cuius Diocesi eos morari, aut vagari contigerit, diligenter inquireat, an, ut Christianos decet, in omni uita se gerant, anq; sanctæ Ecclesiæ institutis, & præceptis pareant.

Rursus an quicquam contra agant, quod Schismaticorum morem, vñsumque præ se ferat.

An Quadragesimæ tempore, ieiunijque diebus, carne, & cibis vñtius vescantur; an nouis ritibus vtantur. Quod si contra Ecclesiæ instituta, ritusque ab illis aliquid agi, geri, fieriue compertum erit, quodque præsertim eiusmodi sit, quamobrem hæresis nomine suspecti esse possint, in eos Episcopus grauitè agat, & animaduertat, etiam pro culpæ ratione ad sacrorum Canonum, Pontificiarumque sanctionum præscriptum.

4 Si verò eos vñlo alio modo publicè offendere cognitum erit, ab Ecclesiæ diuinorum officiorum tempore eijci iubeat, quò ad emendatæ vitæ explorata testimonia, & exempla viderit.